

Die 24 novembris

AD VESPERAS

HEBDOMADA II
FERIA QUARTA

Ss. Andreae Dũng Lạc et sociorum
martyrum



VERENIGING VOOR LATIJNSE LITURGIE
MMXXI

Ritus initiales

D E-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. Dómine,
 ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
 et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc,
 et semper, et in sæcu-la sæcu-lórum. Amen. Alle-lú-ia.

Hymnus

S OL, ecce, lentus óccidens montes et arva et æquo-
 ra mæstus re-línquit, ínnovat sed lucis omen crástinæ,

Mirántibus mortálibus
 sic te, Creátor próvide,
 leges vicésque témporum
 umbris dedísse et lúmini.

Ac dum, tenébris æthera
siléntio preméntibus,
vigor labórum déficit,
quies cupíta quæritur,

Spe nos fidéque dívites
tui beámur lúmíne
Verbi, quod est a sæculis
splendor patérnæ glóriæ.

Est ille sol qui nésciat
ortum vel umquam vésperum;
quo terra gestit cóntegi,
quo cæli in ævum iúbilant.

Hac nos seréna pérpetim
da luce tandem pérfrui,
cum Nato et almo Spírítu
tibi novántes cántica. Amen.

Psalmodia

Antiphona 1

Ps 61, 2

III g

Onne De- o súbdi- ta e- rit á- nima me- a?

E u o u a e.

PSALMUS 61

PAX IN DEO

Deus spei repleat vos omni pace in credendo (Rom 15, 13).

² In Deo tantum quiesce, **ánima mea**, *
ab ipso enim salutáre **meum**.

- 3 Verúm tamen ipse refúgium meum et salutáre **meum**, *
præsídium meum, non **movébor** **ámplius**.
- 4 Quoúsque irrúitis in hóminem, †
contúnditis **unívérsi** vos *
tamquam paríetem inclinátum et macériam **depúlsam**?
- 5 Verúm tamen de excélsó suo cogitavérunt depéllere; †
delectabántur **mendácio**. *
Ore suo benedicébant et corde suo **maledicébant**.
- 6 In Deo tantum quiésce, **ánima mea**, *
quóniam ab ipso **patiéntia mea**.
- 7 Verúm tamen ipse Deus meus et salutáre **meum**, *
præsídium meum, **non movébor**.
- 8 In Deo salutáre meum et **glória mea**; *
Deus fortitúdinis meæ, et refúgium **meum** in **Deo** est.
- 9 Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, †
effúndite coram illo **corda vestra**; *
Deus **refúgium nobis**.
- 10 Verúm tamen vánitas **fílii Adam**, *
mendácium **fílii hóminum**.
In statéram **si conscéndant**, *
super fumum **leves sunt omnes**.
- 11 Nolíte speráre in violéntia †
et in rapína nolíte **décipi**; *
divítiæ si áffluent, nolíte **cor appónere**.
- 12 Semel **locútus est Deus**, *
duo **hæc audívi**:
quia potéstas Deo est, †
13 et tibi, Dómine, **misericórdia**; *
quia tu reddes unicuíque iuxta **ópéra sua**.
Glória **Patri**, et **Fílio**, *
et **Spirítui Sancto**.
Sicut erat in princípío, et **nunc et semper**, *
et in sæcula **sæculórum. Amen**.

Antiphona 2


Ps 66, 2

VIII g

D



E-us mi-se-re- á-tur et be-nedí-cat nobis.



E u o u a e.

Et non repetitur in psalmo.

PSALMUS 66

OMNES GENTES DOMINO CONFITEANTUR

*Notum sit vobis quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei
(Act 28, 28).*

² [Deus misereátur nostri et benedícat nobis; *]

illúminet vultum *suum* **super** nos,

³ ut cognoscátur in terra via **tua**, *

in ómnibus géntibus *salutáre tuum*.

⁴ Confiteántur tibi pópuli, **Deus**; *

confiteántur tibi pópuli **omnes**.

⁵ Læténtur et exsúltent gentes, †

quóniam iúdicas pópulos in *æquitáte* *

et gentes in *terra dírigis*.

⁶ Confiteántur tibi pópuli, **Deus**, *

confiteántur tibi pópuli **omnes**.

⁷ Terra dedit fructum **suum**; *

benedícat nos Deus, *Deus noster*,

⁸ benedícat nos **Deus**, *

et métuant eum omnes *fines terræ*.

Glória Patri, et **Fílio**, *

et **Spirítui Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, *

et in *sæcula sæculórum*. **Amen**.

Antiphona 3

Sap 7, 26

IV* e

C Andor est lu- cis ætérnæ et spécu- lum sine

mácu-la E u o u a e.

CANTICUM Cf. Col 1, 12-20

CHRISTUS PRIMOGENITUS OMNIS CREATURÆ
ET PRIMOGENITUS EX MORTUIS

- 12 Grátias agámus *Deo Patri*, *
qui idóneos nos fecit in partem sortis sanctórum
in **lúmine**;
- 13 qui erípuit nos de potestáte *tenebrárum* *
et tránstulit in regnum Fílii dilectiÓNis **suæ**,
- 14 in quo habémus *redemptiÓNem*, *
remissiÓNem **peccatórum**;
- 15 qui est imágo Dei *invisíbilis*, *
primogénitus omnis **creatúræ**,
- 16 quia in ipso cóndita sunt univérsa †
in cælis *et in terra*, *
visibília et **invisibília**,
sive throni sive *dominatiÓNes* *
sive principátus sive **potestátes**.
- Omnia per ipsum et in ipsum creáta sunt, †
- 17 et ipse est *ante ómnia*, *
et ómnia in **ipso constant**.
- 18 Et ipse est caput córporis ecclésiæ; †
qui est princípium, primogénitus *ex mórtuis*, *
ut sit in ómnibus ipse **primátum tenens**,

19 quia in ipso compláuit omnem plenitúdinem *habitáre* *

20 et per eum reconciliáre ómnia in **ipsum**,
pacíficans per sánguinem *crucis eius*, *
sive quæ in terris sive **quæ** in **cælis** sunt.

Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et *nunc et* **semper**, *
et in sæcula sæculórum. **Amen**.

Lectio brevis

1 Petr 5, 5b-7

Omnes ínvicem humilitátem indúite, quia Deus supérbis resís-
tit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur sub
poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore, omnem sollici-
túdinem vestram proiciétes in eum, quóniam ipsi cura est de
vobis.

Responsorium breve

Ps 16, 8

ꝛ. br.

C

Ustódi nos, Dómi-ne, * Ut pu-píl-lam ócu-li. ʘ. Sub

umbra a-lárum tu-árum pró-tege nos. ʘ. Gló-ri- a Patri,

et Fí-li- o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Antiphona ad Magnificat *Lc 1, 51.52*

VII C
F AC, De-us, pot-én-ti-am in bráchi-o tu-o, dis-
 pér-de supérbos et ex-álta húmi-les. E u o u a e.

CANTICUM EVANGELICUM *Lc 1, 46-55*

Exsultatio animæ in Domino

- 46 Magníficat *
 ánima **mea Dóminum**,
- 47 *et exsultávit* **spíritus meus** *
 in Deo salutári **meo**,
- 48 *quia* respéxit humilitátem ancíllæ **suæ**. *
 Ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes,
- 49 *quia* fecit mihi **magna**, qui **potens** est, *
 et sanctum **nomen eius**,
- 50 *et misericórdia eius a progénie in progénies* *
 timéntibus **eum**.
- 51 *Fecit* poténtiam in **bráchio suo**, *
 dispérsit supérbos mente **cordis sui**;
- 52 *depósuit poténtes de sede* *
 et exaltávit **húmiles**;
- 53 *esuriéntes implévit bonis* *
 et dívites dimísit inánes.
- 54 *Suscépit* Israel **púerum suum**, *
 recordátus misericórdiæ **suæ**,
- 55 *sicut* locútus est ad **patres nostros**, *
 Abraham et sémini **eius in sæcula**.

*Glória Patri, et Fílio, **
et Spirítui Sancto.

*Sicut erat in princípío, et nunc et semper, **
et in sæcula sæculórum. Amen.

Preces

Iubilémus Deo nostro, fratres caríssimi, qui máxime in beneficiis pópulo suo elargiéndis congáudet, et cum ánimi fervóre precémur:



Grá-ti- am et pa-cem multíplici-ca, Dómi-ne.

Ætérne Deus, cui mille anni sunt tamquam dies hestérna, quæ prætériit, esse vitam quasi florem mane germinántem, vespere autem arescéntem nos memoráre concéde.

℞. Grátiam et pacem multíplica, Dómine.

Manna tuum pópulo largíre, ne esúriat, et aquam vivam, ne sítiat in ætérnum.

℞. Grátiam et pacem multíplica, Dómine.

Fac ut fidéles tui quæ sursum sunt quærant et sápiant, étiam témpora óperis et ótii in tuam glóriam vertant.

℞. Grátiam et pacem multíplica, Dómine.

Aerem nobis, Dómine, largíre propítium, quo uberióres percipiámus fructus terræ.

℞. Grátiam et pacem multíplica, Dómine.

Visiónem vultus tui largíre defúctis, et eius contemplatióne nos redde beátos.

℞. Grátiam et pacem multíplica, Dómine.

Pater noster, qui es in cælis:
 sanctificétur nomen tuum;
 advéniat regnum tuum;
 fiat volúntas tua,
 sicut in cælo et in terra.
 Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie;
 et dimítte nobis débíta nostra,
 sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;
 et ne nos indúcas in tentatiónem;
 sed líbera nos a malo.

Oratio

Deus, omnis paternitátis fons et orígo,
 qui beátos mártýres Andréam et sócios eius
 Cruci Fílii tui usque ad sánguinis effusiónem fidéles effecísti,
 eórum intercessióne concéde,
 ut amórem tuum inter fratres propagántes
 filii tui nominári et esse valeámus.
 Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum,
 qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus,
 per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.


Benedictio



Dóminus vo-bíscum. Et cum spí-ri-tu tu-o.




Benedí-cat vos omnípo-tens De-us, Pa-ter, et Fílius, et Spí-



ri-tus Sanctus. Amen.

Absente sacerdote vel diacono, et in recitatione a solo, sic concluditur:



Dóminus nos benedí-cat, et ab omni ma-lo de-féndat,



et ad vi-tam perdúcat ætérnam. Amen.